

SANCTISSIMI  
DOMINI NOSTRI  
BENEDICTI  
PAPÆ XIV.  
BULLARIUM.

TOMUS QUARTUS,  
IN QUO CONTINENTUR  
CONSTITUTIONES, EPISTOLÆ, &c.

EDITÆ

AB EXITU ANNI MDCCLII.  
USQUE AD ULTIMUM EJUSDEM PONTIFICATUS DECIMUM SEPTIMUM  
SEU AD ANNUM MDCCLVII.

CUM APPENDICE.

*Addita nunc primum & altera Appendice eorum omnium que in diem  
usque Obitus prodierunt, summo studio collecta, atque disposita.*

Editio quarta emendatior & auctior.



VENETIIS, MDCCLXXVIII.

EX TYPOGRAPHIA JOANNIS GATTI,

IN VICO S. RAPHAELIS ARCHANGELI,

SUPERIORUM FACULTATE.



S AN C T I S S I M I  
D O M I N I N O S T R I  
B E N E D I C T I  
P A P A E  
X I V .  
B U L L A R I U M .

T O M U S Q U A R T U S .  
I N Q U O C O N T I N E N T U R  
C O N S T I T U T I O N E S , E P I S T O L A E , &c.  
E D I T A  
A B E X I T U A N I M D C C L I I I .

S E U A D A N N U M M D C C L I V .  
C U M A P P E N D I C E .  
A d d i t a t u c p r i m o & a l i t e r A p p e n d i c e c o r u m c o n t i n e n t u r q u e i n h i s t o r i a  
A p p o s t o l i c a p r o c e d u n t , s e c u n d o h u i u s c o l l e c t a , t e r t i o d i s t i n c t i o n e  
E d i t o q u a r t a e m e n d a t o r & a u c t o r .



V E N E T I S , M D C C L X X V I I I .  
T T T Y P O G R A P H I A J O A N N I S G A T T I .  
I N V I C O S R A P H A E L I S A R C H A N G E L I .  
S U P E R I O R U M I M P R E S S U R I .

# I N D E X

Initiorum singularum Constitutionum quæ in hoc Tomo continentur.

<b>S</b> acrofancta I.	pag. 1	Romanus Pont. XXXIX.	97
Pias II.	7	Militantis XL.	98
Ineffabili III.	8	Apostolica Sedis XLI.	ibid.
In Apostolica IV.	14	Romanorum Pont. XLII.	99
Romana Ecclesia V.	16	Beatus Andreas XLIII.	100
Detestabilem VI.	17	Il Beato Andrea.	101
Militantis Ecclesia VII.	18	Ad assiduas XLIV.	ibid.
Securitatem VIII.	ibid.	Cum semper XLV.	114
Suprema dispositione IX.	20	Ad Supremum XLVI.	115
Ex sublimi X.	25	Allata sunt XLVII.	116
Ad Audientiam XI.	ibid.	Quam religionis XLVIII.	123
Nell'ultima udienza.	ibid.	Cum, ut recte XLIX.	136
Aeternus Dei Filius XII.	32	Essendoci, com'ella.	ibid.
Inter illustra XIII.	33	Quam ex sublimi L.	149
Commendatissimum XIV.	39	Esti Matrimonialis LI.	150
Inclitum XV.	40	Praclarum LII.	152
Apostolicum XVI.	42	In superiori LIII.	155
Cum alias XVII.	47	Nella penultima udienza.	ibid.
Sinceritas Fidei XVIII.	49	Ex quo primum LIV.	158
Sollicita XIX.	50	Quedam, de more LV.	173
Quæ, Pon. Fratres XX.	54	In una delle solite udienza.	ibid.
Tibi præ cæteris XXI.	55	Super familiam LVI.	179
In supereminenti XXII.	57	Pastoralis LVII.	181
Circumspecta XXIII.	59	Jam inde a primis LVIII.	183
Inter cætera XXIV.	60	Ne' primi anni.	ibid.
Gravissimarum XXV.	62	Regis pacifici LIX.	199
Ad coercenda XXVI.	68	Non est equidem LX.	204
Commendaram XXVII.	72	Quæ ex Apostolica LXI.	ibid.
Circumspecta XXVIII.	75	Ex omnibus LXII.	208
Romanus Pont. XXIX.	78	Saluberimum LXIII.	210
Injuncti Nobis XXX.	79	In postremo LXIV.	211
Inter curas XXXI.	80	Nell'ultimo Concistoro.	ibid.
Fidelis XXXII.	82	Ad curam LXV.	219
Cum Encyclicas XXXIII.	87	Gravissimum LXVI.	221
Avendo Ella.	ibid.	Cum Venerabilis LXVII.	223
Romanum XXXIV.	91	Ad summi LXVIII.	226
Cum Religiosi XXXV.	92	Ad sacram LXIX.	228
Essendoci.	ibid.	Quam grave LXX.	233
Pastoralis XXXVI.	94	Divinarum LXXI.	235
Quod Provinciale XXXVII.	95	Cum ad nonnullos LXXII.	236
Ex pastorali XXXVIII.	96		

## I N A P P E N D I C E .

Cum nonnulla I.	pag. 239	Altre volte VI.	253
Jam dudum II.	240	Soror Imelda VII.	256
E' qualche tempo III.	ibid.	La Madre Suor Imelda.	ibid.
Ex tuis precibus IV.	247	Congregatio VIII.	259
Peracta a Nobis V.	250	Die duodecima IX.	260

## I N A L T E R A A P P E N D I C E .

Ætas anni I.	267	Cum ad Congregationem V.	283
Nell'Estate.	ibid.	Paucis ab hinc VI.	284
Quamvis a Majoribus II.	280	In Specula Supremæ VII.	288
Emanavit nuper III.	283	Felici exitu VIII.	290
Exponi nobis IV.	ibid.		



# INDEX ARGUMENTORUM E ARUMDEM CONSTITUTIONUM.

ANNO MDCCLII.

PONTIFICATUS ANNO XII.

**I.** Electio Archiepiscopalis Metropolitanæ Ecclesie Goritiensis, constituta omnibus, quæ Ecclesiam ipsam, Capitulum, utriusque, Mensam, provisionem vel collationem Beneficiorum, Officiorumque respiciunt. 18. *Aprilis.* pag. 1.

PONTIFICATUS ANNO XIII.

**II.** Privilegia & Indulta concessa Confraternitatis Sanctæ Mariæ de *Succursu contra Infideles* in Civitate Januæ erectæ ampliantur, & declarantur. 21. *Augusti.* 7.

**III.** Confirmatio Concordiæ inter Episcopum Herbitipolen. & Abbatem Monasterii Abbatia nuncupati Fulden, Ordinis S. Benedicti, Nullius Diocesis Provinciæ Moguntinæ, super Jurisdictione quasi Episcopali in Clerum, & Populum Ditionis præfati Monasterii. 1. *Octobris.* 8.

**IV.** Abbatia Fuldenensis in Episcopatum erigitur, cum omnibus juribus, & prærogativis, præsertim tamen statu Regulari, ita ut idem Episcopus, & Abbas Fuldenensis sit, & nuncupetur. 7. *Octobris.* 13.

**V.** Herbitipolensis Episcopus honorificis præstantiæ sibi Crucis, utriusque Pallii prærogativis honestatur, sub certis, modis, ac conditionibus. 5. *Octobris.* 15.

**VI.** Damnantur, & prohibentur quinque propositiones Duellorum abusus faventes, veteresque leges adversus Duellantes editæ innovantur, ac novis superadditis penalibus Sanctionibus confirmantur. 10. *Novembris.* 16.

**VII.** Damnatio & prohibitio Libris duobus tomis constantis, Gallico idiomate, absque Auctoris nomine, & impressionis loco, in lucem editi, cui Titulus: *Apologie de tous les jugemens rendus par les Tribunaux séculiers en France contre le schisme: dans la quelle on établit 1. L'injustice, & l'irregularité des refus de Sepulture, des autres peines, qu'on prononce contre ceux, qui ne sont pas soumis à la Constitution 2. Unigenitus. La compétence des Juges laïcs pour s'opposer à tous ces actes de schisme, Tom. I. & II. En France MDCCLII.* 20. *Novembris.* 18.

ANNO MDCCLIII.

**VIII.** Confirmantur, & declarantur Constitutiones Prædecessorum Romanorum Pontificum super vetita armorum delatione, retentione, & venditione. 15. *Januarii.* *ibid.*

**IX.** In Utinensi Civitate, Collegiata Ecclesia Sanctæ Mariæ Majoris nuncupata in Archiepiscopalem Ecclesiam cum omnibus juribus, præminentibus, ac privilegiis erigitur. 19. *Januarii.* 20.

**X.** Indiarum Orientalium Vicariis Apostolicis Episcopis, non habentibus Episcopum Coadjutorem cum futura Successione, nec Vicarium Generalem, injungitur, ut sibi constituent Vicarium Generalem, cui amplissima facultates in casu obitus Vicarii Apostolici, a Pontifice conceduntur. 26. *Januarii.* 25.

**XI.** Cardinales Episcopos Suburbicarios, in propria Cappella sui Palatii Romæ existentis, non posse suis subditis, præter primam Tonfuram, conferre Majores, vel Minores Ordines, nisi requisito & præobtento Cardinalis Urbis Vicarii consensu. 15. *Februarii.* *ibid.*

**XII.** Beatificatio Ven. Servi Dei Joseph a Cupertino Sacerdotis Professus Ordinis Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci. 20. *Februarii.* 32.

**XIII.** Confirmatio & innovatio Privilegiorum, Gratiarum, & Jurium, Militaris & Hospitalis Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani: cum aliquibus declarationibus, & ampliationibus. 12. *Martii.* 35.

**XIV.** Wilnensis Collegii, seu Seminarii Apostolici, a Gregorio XIII. pro Adolescentium Ruthenorum & Moscovitarum educatione & institutione erecti, optimo regimini providetur. 5. *Aprilis.* 37.

**XV.** Monachi S. Basilii Nationis Ruthenæ solvantur a lege emittendi quartum votum de non acceptandis Episcopatibus, vel Archimandriis, absque assensu suorum Superiorum: Abroganturque Statuta penalibus super hoc editis, Canonice Sanctiones innovantur, ac inculcantur. 12. *Aprilis.* 40.

**XVI.** Regula observanda in Anglicanis Missionibus, ab Apostolicis Vicariis, nec non a Sacerdotibus Missionariis Sæcularibus, ac Regularibus. 12. *Maij.* 42.

**XVII.** De Beneficiis, & Officiis Curatis per Indiarum Occidentalium Regiones, Sæcularibus etiam Clericis, sublato asserto Regularium privativo jure, conferendis: Apostolica Litteræ jam editæ (quas vide Tom. III. num. 51. confirmantur, & declarantur. 9. *Junii.* 47.

**XVIII.** Venetiarum Reipublicæ conceditur Jus nominandi ad Ecclesias Torcellanam, Caprularum, & Clodiensem. 13. *Junii.* 49.

**XIX.** Methodus præscribitur in examine, ac proscriptio librorum a Congregationibus Romanæ Universalis Inquisitionis, & Indicis, servanda, certæque Relatoribus, ac Consultoribus proponuntur Regulae, quas in examine, iudicioque ferendo sequantur. 9. *Julii.* 56.

XX.

**XX.** Venerabilibus Fratribus Metropolitanæ, Archiepiscopis, & Episcopis Nationis Ruthenæ in Regno Poloniæ. 14. *Augusti.* 54.

PONTIFICATUS ANNO XIV.

**XXI.** Jurisdictio Rectoris Carpentoracten. in Causis Civilibus, Criminalibus, & Mixtis, nec non in œconomicis rebus, definitur, ac circumscriptur. 28. *Augusti.* 55.

**XXII.** Exemptio Canonorum Regularium & Monialium Ordinis Præmonstratensis ab omni Superioritate, Jurisdictione, Visitatione quorumcumque Ordinariorum, per Prædecessores Pontifices, & præsertim Alexandrum V. concessa, innovatur ac confirmatur. 11. *Septembris.* 57.

**XXIII.** Oppidum Mathelicæ in Piceno ad primævum Statum Civitatis reintegratur, & quatenus opus sit, ex integro erigitur, ac instituitur, cum omnibus honoribus, juribus & prærogativis, cæteris ditionis Pontificiæ Civitatibus competentibus. 26. *Septembris.* 59.

**XXIV.** De cultu S. Maronis Epistola ad R. P. Nicolaum Lercari a Secretis Congregationis de Propaganda Fide. 28. *Septembris.* 60.

**XXV.** Jurisdictio Congregationis super Bono Regimine Communitatum Ditionis Ecclesiasticæ tum in Oeconomicis, tum in Judicialibus negotiis & causis cognoscendis, definitur; eidemque certa methodus in utrisque procedendi præscribitur. 1. *Octobris.* 62.

**XXVI.** Tribunal Auditoris Generalis Cameræ Apostolicæ adduntur duo Prælati Assesores in Causis Criminalibus definiendis, certaque methodus in hujusmodi judiciis coram ipso A. C. instituendis, profægendis, & absolvendis firmatur. 1. *Octobris.* 68.

**XXVII.** Terra Subiaci, aliæque Oppida, & loca, intra ditionem Ecclesiasticam sita, Monasterio S. Scholasticæ Sublacen. antea subiecta, a temporali dominio & jurisdictione Monasterii præfati, & Abbatum eximuntur, & Cameræ Apostolicæ, quoad temporalem hujusmodi jurisdictionem & dominium, applicantur & incorporantur; præsertim Monasterio ac Abbatibus jurisdictione spiritali, necnon emolumentis a præfata temporali jurisdictione promanantibus. 7. *Novembris.* 72.

Subsequitur declaratio, quenam sint jura & Emolumenta ex temporali jurisdictione promanantia, quæque onera ex hujusmodi emolumentis sint in posterum sustinenda. 74.

ANNO MDCCLIV.

**XXVIII.** Congregationis Cameralis Decreta, quibus privilegia libera extractionis, & exemptionis a Datis, aliisque oneribus, in Ducatu, & Provinciæ Ferrariæ, prævio accuratissimo examine, vel approbata fuerant, vel rejecta, vel super istidem moderato aliqua explorata, iterato confirmantur. 21. *Januarii.* 76.

**XXIX.** Gregorianum Cantum in Choro, aliisque functionibus, a Fratribus, vel Monialibus Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula peragendis adhiberi præcipitur. 22. *Januarii.* 78.

**XXX.** Correctoribus tum Generalibus tum Provincialibus Ordinis Minorum Sancti Francisci de Paula, conceditur facultas decidendi circa

Electiones, vel alia negotia; quæ ad Generale vel Provinciale respectivo Tribunal, ob paria post tertium scrutinium suffragia, devolvuntur. 22. *Januarii.* 79.

**XXXI.** Ad exercendos, erudiendosque Picturæ, atque Sculpturæ Tyrones; Gymnasium publicum, seu Academia in Aedibus Capitolinis erigitur, annuo censu constituto in necessariis sumptus. 17. *Martii.* 80.

**XXXII.** Basilica Assisiensis S. Francisci in Patriarchalem & Cappellam Papalem erigitur: Cum aliis gratis, privilegiis, & indulgentiis. 25. *Martii.* 82.

**XXXIII.** Albanæ Episcopis traditur methodus, qua fatagant, ut a Catholicis illius regionis sua Ecclesiis bona restituantur, vel aliquo modo super illis transigatur, & si neutrum queat obtineri, facultas sit Episcopis derelinquendi fundos, fructusque Possessoribus, eisdemque absolvendi a censuris. 24. *Maji.* 87.

**XXXIV.** Lucensæ Reipublicæ Facultas conceditur nominandi tres Viros Ecclesiasticos, eosque Romano Pontifici præsentandi, ut ex iis unum in Archiepiscopum Lucanum eligere possit. 26. *Maji.* 91.

**XXXV.** Encyclica Litteræ ad Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos Italiæ, quibus hortantur, ut veteribus nova superaddant Pastoralis sollicitudinis studia, ut Christiani in rudimentis Fidei instituantur & erudiantur. 26. *Junii.* 92.

**XXXVI.** Confirmatur Decretum Congregationis Consistorialis, quo fuit declaratum, sub Constitutione Innocentii PP. XII. super Capitulationibus Sede Vacante initis, comprehendi etiam Monasteria & Collegia utriusque sexus necnon eadem Constitutione prohiberi quascumque pactiones, & Capitulationes, etiam per se honestas & licitas. 15. *Julii.* 94.

**XXXVII.** Ne Christiani sub Turcarum ditione versantes, ad occultandam Christianæ Religionis professionem, Mahumetana Nomina sibi imponant, iisque se compelli patiuntur. 1. *Augusti.* 95.

**XXXVIII.** Ecclesiasticis omnibus Ritus Slavici præcipitur, ut in Missis & Divinis Officiis, Slavum Litterale idioma cum characteribus Hieronymianis retineat, & Missalibus, Breviariis &c. utantur, typis Congregationis Propagandæ Fidei editis. 17. *Augusti.* 96.

PONTIFICATUS ANNO XV.

**XXXIX.** Quinquecentiensis Episcopus, ejusque Successores, perpetua Pallii usus, ac præstantiæ Crucis concessione donantur, sub certis modis ac conditionibus. 1. *Septembris.* 97.

**XL.** S. Leoni I. Papæ & Confessori Missa, & Officium decernitur sub Ritu Sanctorum Doctorum. 15. *Octobris.* 98.

**XLI.** Centum, in signe Oppidum, Bononiam inter & Ferrariam, in Civitatem erigitur, cum omnibus Juribus, honoribus, & prærogativis, quibus reliquæ Pontificiæ Ditionis Civitates fruuntur: ita tamen, ut quoad spirituale, vel temporale gubernium nihil plane innovetur. 18. *Decembris.*



## ANNO MDCCLV.

- XLII. Abbati Generali Ord. Monachorum S. Hieronymi Congregationis Italicae indultum conceditur interveniendi, Cappellis Pontificis, locisque cum aliis Abbatibus Generalibus, eadem assignatur. 30. *Januarii*. 100.
- XLIII. Pueros ante usum rationis in odium Christi occisos, an canonizari expediat, discutitur, & in hanc rem plura de Martyrio horum Puerorum, cultuque publico iisdem in Ecclesia praestito; & de Martyrio, cultuque praestitum Beati Andrea Rinnensis, cuius instituta Canonizationis causa conscribenda Epistola occasio fuit, distinctim adnotantur. 22. *Februarii*. 101.
- XLIV. Liber Gallice editus, inscriptusque: *Principes sur l'essence, la distinction, & les limites des deux puissances spirituelle, & temporelle, Ouvrage posthume du Pere la Borde de l'Oratoire*, Decreto Congregationis Universalis Inquisitionis jam damnatus, iterata acriori censura proscrubitur, & sub excommunicationis poena, legi, aut retineri prohibetur. 4. *Martii*. 114.
- XLV. Olivetanae Congregationis Privilegia a Praedecessoribus Pontificibus, & praesertim a Pio II. concessa confirmantur, & ampliantur; novumque superadditur, quo ejusdem Congregationis Abbatibus indulgetur, ut in die festo S. Francisci Romanae, Pontificali-bus in Missa, reliquisque Officiis intra Ecclesias Conventuales Regularis Observantiae uti possint. 1. *Aprilis*. *ibid.*
- XLVI. Sanctae Inquisitionis Officialium, seu Ministrorum numerus, deputationis forma, qualitates, onera, privilegia, & exemptiones reales & personales, tum in Civilibus Causis, tum & Criminalibus, distinctim recensentur, ac perpetua Constitutione praecedentis Motus proprii confirmativa, futuris quibuscunque abusus, vetitis ampliationibus occurruntur. 21. *Julii*. 116.
- XLVII. A Syriacis, & Armenis in Latinorum Ecclesiis Sacra peragentibus proprium Ritum servari praecipitur: Missionariis denegatur facultas dispensandi eisdem Syriacos & Armenos super abstinentia a Piscibus jejunii tempore: omnes denique Graecos & Orientales Ritus conservandos esse decernitur; monenturque Missionarii, ut in Orientalibus convertendis, eos ab erroribus, & schismate revocent, non a suis approbatis Ritibus avertant. 26. *Julii*. 123.
- XLVIII. Confirmatur resolutio Congregationis deputatae super correctione librorum Ecclesiae Orientalis, super abbreviatione Officii, & Missae pro Monachis Ord. S. Basilii. 17. *Maji*. 136.
- XLIX. Ad incendium compescendum ad Ecclesiam S. Nicolai in Carcere exortum, minus rite allatum fuisse ex Ecclesia Sacram Pyxidem Sanctissimum Sacramentum intercludentem, eaque super populum, & ad furentes flammam benedictum, rationibus, pluribusque allatis Ecclesiasticis functionibus, demonstratur: & ne tale quid exinde fiat, opportune sancitur. 27. *Julii*. 138.
- L. Quod Episcopis Vicariis Apostolicis Indiarum Orientalium injunctum fuit, ut si Episcopum Coadjutorem, vel Vicarium Generalem non haberent, hunc sibi adficerent, cui

amplissima tribuebantur facultates in casu obitus Vicarii Apostolici, id caeteris etiam Vicariis Apostolicis nunc imperatur: Salva tamen electione Vicarii Capitularis, ubi vel Canonici, vel Parochi eam peragere consueverunt; in iis vero locis ubi vel non adfunt, vel convenire nequeunt, constitutus jam ab Episcopo Vicarius Generalis, ipse, eodem defuncto, Vicarius etiam Capitularis habeatur. 8. *Augusti*. 149.

## PONTIFICATUS ANNO XVI.

- LI. Pontificium Decretum super nullitate Matrimonii Violentiae Josephae Henricae de Almada, & Ludovici Francisci de Assis Sanches de Baena editum, Apostolica auctoritate per Litteras in forma Brevis expeditas roboratur. 27. *Septembris*. 150.
- LII. Quae, & qualis conveniat exemptio ab Archiepiscopi Neapolitani jurisdictione, Hospitali S. Angeli a Nido nuncupat, ejusdemque Ecclesiae, & personis, decernitur & declaratur. 4. *Octobris*. 152.
- LIII. Celebratio trium Missarum Natalitio Christi die, praecipue Latinae Ecclesiae Ritus demonstratur: ideoque universim ab Orientalibus, praesertim vero ab Armenis Liburni in Portu commorantibus, non usurpandus. 29. *Decembris*. 155.

## ANNO MDCCLVI.

- LIV. Excitantur omnes Graeci Ritus Orientales, ut nova Euchologii editione utantur; narratur quoque, quid pro ea perficienda factum fuerit; & quae eidem novae editionis Euchologio praeposita sunt Monita, latius explicantur. 1. *Martii*. 158.
- LV. Facultas tribuitur Jacobo III. Manu Britanniae Regi, ut SS. Eucharistiam possit suscipere, de Spiritualis directoris sui consilio, etsi post mediam praecedentem noctem jentaculum aliquod, sic exposcente valetudine, sumpsit. 24. *Martii*. 175.
- LVI. Definuit auctoritas tum Metropolitanam Nationis Ruthenorum, tum Proto-Archimandrita Ordinis S. Basilii Magni ejusdem Nationis, in Abbates, seu Archimandritas Monasteriorum ipsius Ordinis: aliaque ad hujusmodi Abbates & Monachos Ruthenos pertinentia opportune statuuntur. 30. *Martii*. 179.
- LVII. Spolia Praelatorum Neapolitani Regni, jam pridem ab Innocentio XII. Ecclesiae, quibus iidem praefuerunt, applicata, ut in designatos usus erogentur, novis superadditis cautionibus, providetur. 28. *Aprilis*. 181.
- LVIII. Demonstratur congruentia, ex Sacrorum Canonum praescripto, iterum inaugurandi Bononiensem Metropolitanam Ecclesiam; munusque Consecrationis Pontificio nomine peragenda Cardinali Archiepiscopo delegatur. 12. *Maji*. 183.
- LIX. Veronensis Episcopi Ordinaria privata auctoritate in Civitatem universamque Dioecesim Veronensem redintegrata, definitur jurisdictio, quam idem Episcopus in Capitulum, subjectaque tum ipsi, tum Monasterio Sanctae Mariae in Organis Veron., Parochiales, ac simplices, Ecclesias, & Personas earum servitio addictas, utatur. 17. *Maii*. 199.

LX.

- LX. Utinensi Metropolitanae Ecclesiae Missa de Spiritu Sancto cum certis Collecta & Orationibus celebrando conceditur in die depositionis, seu comemorationis B. Bertrandi Aquilejensis Patriarchae. 18. *Junii*. 178.
- LXI. Privilegia Monasterii Monialium B. Mariae Virginis, Ordinis S. Benedicti, prope extramuros Civitatis Aquilejensis, opportuna locorum subsectorum descriptione, ac definitione jurisdictionis Delegati Apostolici, apposita, confirmantur. 30. *Julii*. 179.
- LXII. Refractoriis Constitutioni *Unigenitus* an, & quando SS. Corporis Christi Viaticum denegari debeat Encyclica hac Epistola definitur. 16. *Octobris*. 182.
- LXIII. De Jure Metropolitico Archiepiscopalis Ecclesiae Moguntinae in novam Dioecesim Fuldensis, ejusque Clerum & Populum 15. *Septembris*. 210.
- LXIV. Consecratio electi in Episcopum, qui fuerat a Pontifice Ordinatus Presbyter, an ab ipso Pontifice, vel ex speciali ejus delegatione, sit peragenda. 20. *Octobris*. 211.
- LXV. Confirmatur Motus Proprius Sancti Pii V., & Constitutio Urbani VIII. contra tondeutes monetas aureas, & argenteas: necnon Bannimenta & Decreta adversus falsificantes, alterantes ac expedites Cedulas Montis Pietatis, & Mensae Nummariae Sancti Spiritus; & poenae in illis inflictae ad omnes Ecclesiasticas personas extenduntur. 31. *Octobris*. 219.

## ANNO MDCCLVII.

- LXVI. Praescribitur ratio construendi Processuum super statu Ecclesiarum in partibus infidelium existentium, & Populum fidelem habentium, quarum provisiones in Congregatione de Propaganda Fide proponuntur; tum super meritis praefectorum iisdem Ecclesiis. 18. *Januarii*. 223.
- LXVII. Confirmatur Decretum Congregationis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium universali adversus haereticam pravitatem Inquisitioni Praepositorum, coram Sanctitate Sua habitae, pro tollendis, conciliandisque dissidiis &

controverfis, inter nonnullos Antistes Indiarum Occidentalium, & Missionarios Societatis Jesu exortis, super concessione Dispensationum Matrimonialium, juxta facultates ab Apostolica Sede utriusque concedi solitas. 27. *Januarii*. 223.

- LXVIII. Antiquum Urbis Pantheon, nunc Ecclesia ad Martyres nuncupata, sub peculiari Romanorum Pontificum tutela suscipitur, ejusque Fabricae conservatio Apostolicarum Aedium Praefecto pro tempore committitur, Palatii Apostolici sumptibus procuranda. 18. *Feb.* 226.
- LXIX. Confirmatio Concordiae inter Archiepiscopum Moguntinum, S. R. E. Electorem, & Episcopum atque Abbatem Fuldensis inite, super jure Metropolitico Ecclesiae Moguntinae in Episcopatum, atque Ecclesiam Fuldensis; necnon super aliis utriusque Ecclesiae controversiis. 21. *Maji*. 228.
- LXX. Missam celebrantes, aut Fidelium Confectiones excipientes, ad Presbyteratus Ordinem non promoti, quibus poenis ex Sacrorum Canonum, & Apostolicarum Constitutionum praescripto subjiciantur; quae praxis haecenus in iudiciis adversus hujusmodi reos sit servata, & quomodo in posterum sit providendum. 2. *Augusti*. 233.
- LXXI. Celebrantibus Missam, aut Fidelium Confectiones excipientibus, sine Sacerdotali Characterem, sincera criminis confessio facta in primo interrogatorio generali nihil suffragatur decernitur, ad evadendam poenam traditionis brachio seculari, indictam in Constitutionibus Apostolicis. 2. *Augusti*. 235.

## PONTIFICATUS ANNO XVIII.

- LXXII. Damnatio, & prohibitio Epistolae manuscriptae, quae directa legitur: *Amplissimis S. R. E. Cardinalibus, & clarissimis Theologis in Urbe Praesente congregatis post pacem Ecclesiae Gallicanae restitutam, & methodum prope diem edituris pro studiis peragendis ab Alumnis Collegii Urbani de Propaganda Fide ad Haereticos proscribendos, ad Gentiles, & Atheos in sinum Ecclesiae reducendos*. 5. *Septembris*. 236.

## IN APPENDICE.

- I. ACTA, & Decreta in Causis Beatificationum, & Canonizationum, aliisque ad Sacrorum Rituum materiam spectantibus, addenda ad Tomum VI. Operum Sanctissimi Domini Nostri Romae editum anno 1751. pag. 239.
- II. Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI PP. XIV. Epistola ad Capitulum, & Canonicos Metropolitanam Ecclesiae Bononiensis data, occasione, qua S. Proci Martyris Corpus repositum in Sancti Thraonis Coemeterio, in eadem Ecclesia collocandum, transmittitur. 246.
- III. Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI PP. XIV. Epistola prima ad R. P. Engelbertum Abbatem Monasterii Capidonensis, de facultate consecrandi Abbatialem Ecclesiam Campidonensem. 247.
- IV. Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI PP. XVI. Epistola secunda, ad R. P. Engelbertum

- Abbatem Monasterii Campidonensis, de Consecratione Ecclesiae S. Appollinaris Romae a sanctitate sua peracta. 250.
- V. Epistola Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI Papae XIV., ad Reverendissimum Dominum Vincentium Card. Malvetium Bononiensem Archiepiscopum, de Sancti Philocali Martyris Corpore. 258.
- VI. Decretum Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI Papae XIV. in Causa Neapolitana Beatificationis, Canonizationis Ven. Servi Dei Pauli Buralis S. R. E. Cardinalis de Aretio nuncupati. 259.
- VII. Acta Consistorialia pro Concessione Pallii Patriarchae Antiocheno Syro Maronitarum. 260.
- VIII. Brevia Sanctissimi Domini Nostri ad Patriarcham, Archiepiscopos, Episcopos, & Proceres Maronitarum. 263.



IN ALTERA APPENDICE.

- I. Epistola Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI Pape XIV. ad Reverendissimum Dominum Ignatium Realem primum Pontificiarum Cereemoniarum Magistrum de celebratione Missæ a sedente. 267
- II. Nummularii, seu Campores Civitatis Ferrarientis, a tertio, ad secundum Ordinem Consulariorum dictæ Civitatis transferuntur. 280
- III. Decretum in Causa Limana inter Venerabilem Congregationem Ordinis S. Philippi Nerii Civitatis Limæ, & Reverendum Dominum Promotorem Fiscalem Curie Archiepiscopalis ejusdem Civitatis. 282
- IV. Aliud Decretum pro Congregatione Limana S. Philippi Nerii, nec non Valentina, Hispanens, Biacenti &c. ibid.
- V. Damnatio, & Prohibitio Operis, cui Titulus; *Storia del Popolo di Dio, dalla Nascita del Messia, sino alla fine della Sinagoga ec. Parte Seconda: con Raccolta di Dissertazioni, ed in fine la Dissesa della medesima Seconda Parte ec.* 283

- VI. Epistola ad R. P. Antonium Taveira Archiepiscopum Goanum. 284
- VII. Litteræ in forma Brevis, quibus Eminentissimus ac Reverendissimus D. Franciscus S. R. E. Diaconus Card. de Saldanha motu proprio constituitur, & deputatur in Visitatorem, & Reformatorem Clericorum Regularium Societatis Jesu in Regnis Portugallie & Algarbiorum & in Indiis Orientalibus & Occidentalibus Regi Fidelissimo subiectis. 288
- VIII. Decretum Sanctissimi Domini Nostri Benedicti Pape XIV. in Causa Neapolitana Beatiificationis, & Canonizationis Venerabilis Servi Dei Francisci De Hieronymo Sacerdotis Professus Societatis Jesu. Super Dubio: *An constet de Virtutibus Theologicis Fide, Spe, & Charitate in Deum, & Proximum, ac de Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in gradu heroico, in casu, & ad effectum, de quo agitur.* 290

ANNO MDCCXII  
 Pontificatus Anno XIII  
 IN



ANNO MDCCXII  
 Pontificatus Anno XIII  
 IN



PONT. A. XII.

ANNO 1752.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
 BENEDICTI Pape XIV.  
 CONSTITUTIONES, EPISTOLÆ &c.

ERECTIO

Archiepiscopalis Metropolitanæ Ecclesiæ GORTIENSIS, constitutis omnibus, quæ Ecclesiam ipsam, Capitulam, utriusque Mensam, provisionem vel collationem beneficiorum Officiorumque respiciunt.

BENEDICTUS EPISCOPUS  
 SERVUS SERVORUM DEI  
 Ad perpetuam rei memoriam.

Provinciam



ACROSANCTE Militantis Ecclesiæ gubernacula, quæ copiosus in misericordia Deus, & in cunctis suis gloriosus operibus, ad hoc Nobis, meritis quamvis imparibus, committere, & debilitati nostræ magnam Apostolicæ servitutis jugum imponere voluit, ut tanquam de summo vertice montis ad hujus mundi insula illustranda, ad Fidei Orthodoxæ propagationem, Divinique cultus augmentum conferat, quidque animarum Christianissimum salutis quomodolibet conveniat, attentius prospicere non omittamus, demandata tenentes, & propterea causis dissidiorum, quæ inimicus homo suggerit, per suppressionis, & extinctionis Ecclesiarum, etiam Patriarchalium, fontium & originum dissidiorum hujusmodi ministerium, penitus eliminatis Apostolica auctoritate, qua fungimur in hac parte, earum loco novas Ecclesias Metropolitanas, pro Dominiorum diversitate, ne Fideles ipsi inibi degentes in recidivæ contentionis scopulum relabantur, erigimus, atque desuper disponimus, ptoat rationabiles causæ & pia sublimium Principum vota exposcant, temporumque, locorum, & personarum qualitatibus & circumstantiis matura deliberatione pensatis, ad Omnipotentis Dei, ejusque Gloriosissimæ Genitricis Virginis Mariæ laudem & gloriam, ac ejusdem Militantis Ecclesiæ honorem, conspicimus in Domino salubriter expedire.

Ysta causa veteres subgrimensi, movasque exigendi Cathedralis fuerit, ut gens necessitas averrota diuilla.

§. 1. Sane &c. Sequitur narratio suppressionis Patriarchatus Aquilejensis, ejusque Diocesis, & Provincie divisio in duos Archiepiscopatus, quibus vide Constit. L. Tom. III. pag. 394, ac alias prout in Litteris nostris Apostolicis Pontificatus Nostri anno undecimo desuper expressit plenius & uberius continetur. Nos propterea Erectionis Archiepiscopatus Gortiensis hujusmodi modum, & formam imponere, eandemque erectionem per Nos, ut præfertur, factam, Apostolica auctoritate præfata confirmare cupientes, quique dadum inter alia volumus, quod petentes Beneficia Ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem, secundum communem estimationem, tam Beneficii uniuersi, quam illius, cui uniri petitur, alioquin unio non valeret, & in uniuersis semper commissio fieret ad Partes, vocatis quorum interest, motu, Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. IV.

scientia, & potestatis plenitudine similibus, in dicta Civitate Gortienti valde conspicua, & in sui amplitudine circuitus duorum milliarum, & ultra, in qua Civitate Gortienti, ejusque suburbiis, plures, ut pariter accepimus, reperitur Ecclesiæ, videlicet Presbyterorum Regularium Societ. Jesu cum publico Gymnasio, ac Fratrum Ordinis Minorum Conventualium Sancti Francisci, & Cappucinorum, & Carmelitarum discalceatorum nuncupatorum, præter duo Monasteria, unum sub Sanctæ Clare, alterum vero sub Sanctæ Ursule respective Regulis, & tres atriuque sexus Christianissimum Contraternitatum Ecclesiæ, scilicet Sanctissimi Sacramenti, & Sanctorum Angelorum Custodum, & Sancti Joannis Nepomuceni nuncupati, nec non Ecclesia Fratrum Misericordiæ nuncupatorum, ut jure merito Archiepiscopalis Civitatis nomine nuncupari valeat, Parochialem Ecclesiam Exaltationis Sanctæ Crucis, & Sancti Viti, cum ei annexis altera Parochiali Ecclesia de Saleano nuncupata Gortien., ac perpetuo simpliciter Beneficio Ecclesiastica sub invocatione Sanctæ Annæ in Parochiali, seu alia Ecclesia dictæ Civitatis Gortientis, quæ, sicut etiam accepimus, de Jurepatronatus Laicorum Nobilium, & Illustrium, videlicet præfate Mariæ Theresiæ Regine, ex fundatione, vel donatione exiit, & quam quondam cognominatus Comes Coronini primordiale Parochialis Ecclesiæ Rector, dum viveret, obtinebat, quæque per obitum dicti cognominatis Comitibus, qui extra Romanam Curiam præsentem clausit extremam, qui præsens vacat, sive, ut præfertur, sive alias quovis modo &c. Illiusque Titulum collativum, ac denominationem, naturam, & essentiam Parochialis Ecclesiæ collativæ, ita quod ex nunc illa collativa esse desinat, & de cætero uti talis in Titulum Collativum conferri, aut impetrari, vel alias de illa disponi contingerit, collationes, impetrationes, aliæque dispositiones hujusmodi nullæ & invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, nullique suffragentur, nec coloratur, titulum possidendi cuiquam tribuant, eadem Apostolica auctoritate, de consensu præfate Mariæ Theresiæ Regine, perpetuo suppressimus, & extinguimus: Illiusque sic suppressis, & extinctis eandem Parochialem Ecclesiam Exaltationis Sanctæ Crucis, & Sancti Viti, in sua structura valde elegantem, & ob ejus pulchritudinem, ac præcipue septemdecim marmoreorum Altarium in ea existentium magnificentiam, dignam propterea ut titulo, & honore Archiepiscopalis Ecclesiæ decoretur ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, ac Beatæ Virginis Mariæ, & Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli neonon Fidei Catholice exaltationem, & totius Ecclesiæ militantis gloriam, in Archiepiscopalem, & Metropolitanam Ecclesiam Gortientem nuncupandam, & in ea Archiepiscopalis, & Metropolitanæ Præfuls Gortientis Sedem, & Provincie caput, pro uno deinceps Archiepiscopatus Gortientis, qui Pallii, & Crucis usum aliorum Archiepiscoporum more habeat, cum suis Capitulo, Sigillo, Arca, Mensa Archiepiscopali, omnibusque aliis insigniis Archiepiscopalibus, nec non privilegiis, honoribus, & prærogativis Archiepiscopis debitis, &

Parochialis Ecclesiæ Exaltationis S. Crucis, & S. Viti una cum aliis supradictis, &c. extinguitur.

Etque exigentibus, sicut in Ecclesiis, &c. San. Archiepiscopalem, & Metropolitanam, cum suis Capitulo, &c. unibus, &c.